



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

De remedijs ad vincendam Iram. Cap. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Chrysost.
hom. 30.
ad popu-
lum An-
tioch. 32.
5.

Matth. 6.
12.

Matt. 18.
26.

Basil.
cōf. mo-
naj. c. 14.

stomus, tuis visceribus feram includis? Satis est anguem, vel viperam in corde tuo latere, quam iram & rancorem. Illa namque nos repente relinquunt, haec autem semper remanet, dentes infigens, infundens venenum, graues infundens cogitationes.] Quamverò longè absint hi à vero profectū, ex eo perspicci potest, quod cùm quotidie sèpsum dicant: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;] nolunt tamen iniuriam acceptam suo fratri dimittere. Debent illi decem millia talenta: & quotidie dicunt, & forte cum lacrymis: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.] Sed ita insipientes sunt, ut nolint paruan offendam obliuisci, nec sustineant centum denariorum remissionē decem millium talentorum debitum repensare. Hos ego non spirituales viros, sed fratres Christianos libenter vocarem, qui cùm exterius vestem, & gestum, & signa vite religiosa præferant, intus corda paganorum, nullam erga alios misericordiam admittentium, gestant.

Potremus ira gradum prælati reliquimus, qui in correctione subditorū, aut verbis, aut factis mensuram lenitatis excedunt. Qui causam quidem puniendi habent, & facultatem scipios, & totam dominum turbandi, & in punitione excedendi non habent. Eos ergo, quomodo subditos punire debeant, & quomodo immoderatè irasci non debeant, docet bene Basilius, cuius sententia relata, nos prælatorum doctrinam in proprio locum reiiciemus. Sic sanctus docttor ait: Cæterū si virus incidenter, ut fuscipienda aliquando à nobis aduersus aliquius negligientiam indignatio sit, qui videlicet sit in nostra dictione, adhibenda in eo cura est, ut indignatio ratione sit temperata. Siquidem gladiis medici vtuntur, vtuntur & homicidæ. Verum hi, quod ad eos tradandos ira atque immanitate impulsū accedunt, scellestissima per eos designant facinora; nempe qui eos, quibuscum generis sunt communione coniuncti, vita spoliunt. Illa contrā quod ex ratione ipsi vtuntur, magnas ex iis afferunt virilitates. Siquidem eorum opera vñi, constitutos in periculis homines liberant. Eodem modo etiam, quicunque exhibita in consilium ratione sibi indignandum censuerit, magnopere illi vñis fuerit, aduersus quem animo incitatus sit: nempe qui eius vel negligentiam corrigit, vel improbitatem: contrā autem, qui ab ira vinci se finit, ab eo verò rectum profici si nihil potest.] Prælatorum ira eo leuior & tolerabilior est, quod ex bono zelo procedat, & tanquam timorem, ac defactuum metum incutiat. At ipsi non minù quam alij immoderationem, & nimietatem vident, qua non tantum eorum profectū officit, verum & amorem subditorum erga eos, clauem scilicet gubernationis, minuerit potest. Sed nos præcipue, qui subditi sumus aduersus pestilens vitium mentis tranquillitatem turbans, & omnem profectum impediens, gnauiter insurgamus.

De remedij ad vincendam iram.

C A P V T X.

NON est facilis perfecta iracundia victoria, quam passio ira semper apud nos duratur sustentat: & cùm aliquando sine vitio irascendum sit, non est prouum mensuram rationis tenere, & vltra mensuram non irasci. Hi etiam, quibuscum in mundo vitimus, quorum aliqui mali, aliqui licet boni, imperfecti tamen, ali-

A qui & si perfecti, sed nullo modo nostro ingenio consoni, nos sapientissimè ad iracundiam provocant, & ea qua concupiscimus, & negantur, qua loquimur, & refutantur, qua agimus, aut facere aggredimur, & ab aliis impeditiuntur, millies quotidie indignationem exuscitant. Quid dicam, ipsa natura aduersus nos pugnat, & nunc è cœlo, nunc è terra, nūc ex proximis, nūc ex nobis metipis multa, qua iram accendant, insurgunt. Sed licet hoc vitium sit nobis vietu difficile, non est tamen difficile gratia Dei ipsum, affectu iræ moderato retento, penitus in nobis extingueare, ac profligare, quod subiectis remedii solet efficiere.

Considera mala iracundia elegantissimè recensita à Basilio, qui sic scriptis: Itaque fratres amantissimi, ne obscurio tantum nobis malum inducamus, animam morbum; rationis tenebras; à Deo alienationem; obliuionem familiaritaris; principium bellorum; plenitudinem calamitatum; dæmonem pessimum nostris animis innatum, incolam quandam impudentem nostra interiora possidentem; denique sancti Spiritus iter ad nos impudentem. Vbi inimicitia sunt, contentiones, indignationes, sectæ, nostris animabus perpetuas generantes tumultus; ibi spiritus manefitudinis haud requiescit. Et paulo superius eiusdem effectus ita enumerat: Effrænes linguae, ora in custodia, incontinentes manus, contumelia, probra, accusations, verbera, & alia eiusmodi quæcumque quis enumerare poterit, ira sunt ac furoris fructus.]

C Considera malos imperfectos, & procaces tibi obloqui, te persequi, & iniuria afficere, tuamque virtutem à bonis laudari, ac honorari, & mala ab illis illata & quanimator sustine horum approbatione contentus. Vnde Bernardus illa Cantorum verba: Recti diligunt te, tanquam sponsæ dicta concipiens, haec ait: Bona profectio consolatio cùm blasphemam ab aliis beneficiant, si recti diligunt nos. Omnino sufficit aduersus os loquentium iniqua opinio bonorum cum testimonio conscientia. In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & latentur.] Mansueti, inquit, latentur, mansuetus placet, & & quanimator audio quicquid in me iactare voluerit lñor perditorum.] Si autem boni occasio nem tibi iracundia præbent, pro certo habe, aut te occasionem iniuriae dedisse, aut eos zelo & intentione bona, in te aliquid quod doleat, aut opere aut verbo iactare. Quod si tu culpam admisisti, mansuetè penam sustine: obduratorum enim est, velle sine correctione delinquere. Si verò gratis te impugnant, & sine culpa persequuntur, in hoc latere, quod factus similis Christo capiti tuo sine causa pateris, & pro bono zelo, quo te corrigerere intendunt, gratiias age.

Considera dictum esse à Domino: Dimittite, & dimittemini;] & quod magna peccata tua non dimittentur tibi, nisi tu parua in te à fratre commissa illi mansuetudinis desiderio condones. Optima negotiatio est, exiguo prelio tem admodum pretiosam coemere: appetenda industria est, paruo labore magnam dignitatem comparare; sed multo melius atque pretiosius iracundia cohibitione, & modica iniuria condonatione, multorum peccatorum indulgentiam obtinere. Vox Domini est: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester celestis delicta vestra.] Proinde, dilectissimi, inquit Leo Papa, memoris infirmitatis nostræ, quia facile in quælibet delicta prolabilum, hoc potentissimum remedium, & istam efficacissimam vulnerum nostrorum curationem nullatenus negligamus. Re-

I.
Basil.
orat. de
ira.

II.

Cant. I.
3.
Bern. ser.
2.4. in
Cant.

P. pl. 33.
n. 3.

III.
Lucas 6.
37.

Matth. 6.
14.

Leo ser.
Quadr.

mittamus

IV.

3. Reg. 16.
10.Bern. ser.
34. in
Cant.
Psal. 7.
nu. 5.

V.

Psal. 76.
5.Bern. ser.
29. in
Cant.Eph. for.
de fide.

mittamus, ut remittatur nobis, demus veniam, quam rogamus, & non studeamus vindicari, qui nobis precamur ignosci.] Certè à vindicta non abstinet, qui interius aduersus fratrem iram concipit; nam pars vindictæ est, animo in illum insurgere, vultu tristi aut indignabundo respicere, & motu aliquem, aut verbum in ipsum contumelias proferre.

Confidera, damnum tibi factum, à Domino suisse ob bonum tuum aut ordinatum, aut permisum: & ne tam infans sis, ut medicinam à sapientissimo medico, ac benignissimo patre prescriptam, cum indignatione respucas, cum iniuria ac clamore reicias. Sic profectò Daud, iniuriam, medicinam cogitabat, qui à Semet maledictis proscissus, dixit filii Saruie:

Dimitrite ut maledicat: Dominus enim præcepit eis, ut malediceret Daud; & quis est qui audeat dicere quare fecerit? O vere hominem secundum cor Dei, ait Bernardus, qui se vñscienti potius quām exprobranti succensendum putauit! Vnde & secura conscientia loquebar: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidi am meritò ab inimicis meis inanis.] Veruit ergo prohiberi maledicuum conuictantem, quæstum astimans maledicta. Et addit: Domininus misit illum ad maledicendum Daud.] Prorsus secundum cor Dei, qui de corde Dei ferebat sententiam. Sæuiebat lingua maledicta, & ille intendebat, quid in occulto ageret Deus. Vox maledictis in auribus, & animus inclinabat se ad benedictionem. Nutnquid in ore blasphemari Deus? Absit. Sed eo vñs est ad humiliandum Daud.] Si Deus fratre, aut Prälato, aut quoquis alio virtut ad humiliandum te, ad sanandum te, ad perficiendum te, ad fabricandam coronam tuam, quare recalcitas? Quare irasceris, & in Dei instrumentum minas intentas? Equi & iumenta se curantes, moribus & calcibus imperunt, homines vero cum gratiarum actione sufficiunt. Satis ergo tu, qui in curantem, & coronam texentem irasceris, tuam stultitiam & cæcitatem ostendis.

Occasione iracundiæ tibi data (vt iam ad remedia practica veniamus) animi commotionem intus compime, & eam nec verbo, nec gemitu, nec signo exire permittas. Sicut enim flamma candelæ emunctio compressa statim extinguitur; ita interior ira commotio silentio & dissimulatione cohibita, sensim paulatimque commoritur. Quod & Daud custodiebat dicens: Turbarus sum, & non sum loquutus:] & linguam cohiben turba non etiam compressam sentiebat, & tempestate cohibitam experiebatur. Ad hoc hortatur sapienter Bernardus, dum ait: Tu ergo accepta forte iniuria (quod quidem interdum non accidere in suo conuentu dicitur) non continuo, more secularis, obliquè referite fratrem responsione festines; sed neque sub specie quasi corripiendi verbo acuto & vrenti transfigere audeas illatenus animam, pro qua Christus a hagi cruci dignatus est; non grunnite, quasi increpando; non labiis murmurare, quasi murmurando; non narem contrahere aut cachinnare, quasi subfannando, non frontem rugare, quasi inuehendo, aut comminando. Sanè commotio tua ibi moriatur, ubi oritur, ne permittatur exire, que mortem portat, ne perimat, ut dicere possis & tu cum Propheta; Turbarus sum, & non sum loquutus.] His Bernardi verbis animaduertere possumus, ad victioriam iræ non tantum ore esse tacendum, sed etiam ab omnibus indignationis indicis temperandum. Et quamvis interius praeter miseria nostra mare intumescat, exteriorius tamen, ut tempestatem frangamus, tranquillitas & pax in vultu resplendeat. Ephram quidem appo-

A fitissimo simili hanc tranquillitatem in aduersis servandam exponit. Quemadmodum, ait, in casu aliqua, licet quidem semper verberetur, non tamen dat tergum, neque concavitatis formam in se recipit, sed eadem semper manet, sibiique similis: sic, & qui verum se vult gerere Christianum, inter diuerfas tribulationes atque tentationes, siue extrinsecus ab hominibus illatas contumelias, persecutions, damnæ, aut aliqua huicmodi; siue intrinsecus à spiritibus malignis inductas angustias diuersissimas, vñs & idem maneat oportet, fortiter quæcumque obuenientia perfert.] Hac ergo externa dissimulatio animo ledandi iracundiam suscepit, nullo modo ad hypocritam pertinet, sed ad mansuetudinem est referenda. Ad hoc enim suscipitur, non ut nos alios esse fingamus, quām sumus, sed ne fratrem verbo aut signo lādamus, & vt materia ab igne sublata ipse ignis minuatur & pereat.

Si aliquando contumelie in te iactate, aut iniuria tibi illata, omnimodis iudicas respondendum, ne frater tuo silentio maiori indignatione feruerat, responsio tua blanda sit ac mitis, que & te ipsum ad compassionem delinquentis & amorem moveat, atque illum ad tranquillitatem influet. Responsio mollis, (inquit Salomon) frangit iram:] quod in responsione Gedeonis manifestissime videmus impletum. Viatis enim Madianitis insurrexerunt aduersus eum viri Ephraim irati valde, quod non fuerint ad prælium euocati; quibus fortissimus Gedeon, post viatos Madianitas se ipsum eriam vincens, ita respondit: Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? Nonne melior est racemos, (id est, pauci ex Ephraim) videmis (id est, copiosis exercitibus mei progenitoris) Abiezer? In manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Horeb, & Zeb: quid tale facere potui, (qui vilen solū multititudinem occidi,) quale vos fecistis?] Responsio mollis & prudens illorum furorem confregit, quare subdit Scriptura: Quod cum loquutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumberant contra eum.] Ita sēpē vidimus miti responso & iram fratris suis sedatam, & nostram etiam mirifice suis compressam. At non satis est blandè respondere, sed necessarium quoque est nos veribus defendere, & obiectis satisfacere. Sed ita satisfaciamus, ut veritatem aperientes, pacem in nobis metipis & in fratre irato generemus. Quod Gregorius figuratum autumatum in facto ducis Abner, qui auera hasta percussit in inguine se in sequentem Arael, atque illum interfecit. Sed cum iracundi, inquit, nulla consideratione se mitigant, & quasi Arael perlequi & insanire non cessant, necesse est, ut hi qui furentes conantur repromere, nequam in furore se erigant, sed quicquid est tranquillitatis ostendant: quædam vero subtiliter proferant, in quibus ex oblique furentis animum pungant, vnde & Abner cum contra consequentem sublit, non eum recta sed auera hasta transformauit. Ex mucrone quippe percutete, est impetu aperte increpationis obuiare. Auera vero hasta consequentem ferire, est furentem tranquillæ ex quibusdam tangere; & quasi parcendo superare.] Nec mirum quod auera hasta Arael occisus fuerit, quia mollis ita responsio, & humili satisfactio, solet & nos ab insequitione indignationis eripere, & si non fratrem, atiram fratris furorēque perire.

Siaduersus aliquem iratus fueris, eodem die ante prandium, aut ante solis occasum, te eidem reconcilia; hæc enim celeris iracundiæ repulso, oborta simili aut maiori occasione, iram efficacissime sedeat, & animum assuetum furori tranquillat. Adhibuit

VI.

Proph. 15.

Judic. 8.
2. 3.2. Reg. 1.
nu. 23.Greg. 3. p.
pa. ad
mon. 17.

VII.

hanc

Bonav. in
Speculo
p. 1. part.
2. c. 4.

Aug. in
reg. c. 10.

Exodi
22. 26.
Greg. 16.
mor. c. 2.

Cass. lib.
7. c. 13.

Matt. 5.
23. 24.

VIII.

Rom. 12.
10.
Prov. 25.
21.

Ansel. in
epist. ad
Rom. ca.
12.

Bern. ser.
63. m.
Cart.

IX.

Greg. 5.
mor. c. 31.

hanc medicinam Bonaventura dicens: Ante omnia si percepint se factos, vel verbo aliquem, vel leviter offendisse, ante contumeliam vel somnum cum humili studeant satisfactione placare, & in petitione venia praevenire, ne alius praeviens de manibus eorum humilitatis mercedem futripiat. Eius etiam meminit Augustinus in regula: Quicunque contumio inquit, vel maledictio, vel etiam criminis obiectu aliquem laeserit, meminerit satisfactione quamprimum curare quod fecit.] Qui autem veniam petens, scipsum placans, Iesum timuerit fratrem placat, & ab eo indulgentiam impetrat. Quod Gregorius illa Exodi legge contineri existimat, qua praecipsum est, ut [ante solis occasum] pauperi suum pignus reddatur. Cum enim peccati confessionem audiuiimus, iam pignus eius, qui in nos deliquerit, tenemus, cui ante solis occasum pignus reddendum est, quia debemus fratri confessionem venia reddere, a quo confessionem accipimus culpavit qui se deliquerit in nos meminit, a nobis mox relaxatum sentiat quod deliquerit. Nec solum id faciendum est ex sententia Cassiani, quando nos fratrem verbo, aut opere constitutiuimus, sed etiam quando ipse sine legitima causa nos affectu iniuria. Quod vulnus colligere ex praecipso Saluatoris: Si offers manus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi manus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratribus.] Dicens enim Dominus nos fratris gratiam quæsturos, si aliquid aduersus nos habeat, nec inter eius iram iuste iniustè conceptam discrimen constituens, satis indicat noshoc remedio ut debere, quamus sine causa iratus fuerit, & nos maledicto peraufferit. Quod certè qui fecerit, brevi tempore cum Dei gratia iracundiam vincet, & ad magnam lenitatem perteneret.

Contumelias & iniurias beneficis, ac charitatis operibus vincere curato, quibus & teipsum, & tibi auersum emollies, & amoris glutino animos diuinos coniunges. Si, elutior inimicus tuus, (ait Salomon, ex quo Apostolus Paulus accepit,) ciba illum: si sitient, da ei aquam bibere: prunus enim congregabis super caput eius, sed est flammam in eo, ut interpretetur Anselmus, charitatis ascendens: [& Dominus reddet tibi,] non tantum dum in alia vita premia decernit, sed in hac quoque, dum mentem, beneficis: respondentis ad lenitatem & placiditatem inclinat. Certè Bernardus hoc medicamine putat tum detractores tum adulatores esse curandos. Pessima vulpes, inquit, occultus detractor, sed non minus nequam adulator blandus: Caeabit sapientis ab his; dabit operam sane quod in ipso est, capere illos, qui talia agunt, sed capere beneficis, atque obsequios, monitiisque salutaribus, & orationibus pro his ad Deum. Non cessabit istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici, & item super adulatorum, quoique (si fieri potest) illi inuidiam, & ita simulationem de corde tollat.] Quod si ab alitorum cordibus causas nobis irascendi das beneficia tollunt, a cordibus etiam nostri motus indignationis reuelent: cum sublata causa soleat etiam eius effectus afferri:

Cum aliquod opus aliquod ne negotium aggrediris, prius cogita quæcumque aduersa possunt accidere, & ea apud temet ipsum aequanimitate passurum te esse constitue, ut hoc propositum aduersus iram te armet, & causa indignationis oborta in pace ac lenitatem conferuet. Audi remedium istud Gregorij sermonibus explicatum. Mens sollicita, inquit, antequam agere quod liber incipiat, omnes sibi, quas pati potest, contumelias proponat; quatenus redem-

A ptoris sui probra cogitans, ad aduersa se preparet. Quæ nimurum venientia tanto fortius excipit, quanto se cautius ex præscientia armatur. Qui enim improvidus ab aduersitate deprehenditur, quasi ab hoste dormiens inuenitur, cumque citius inimicus necat, quia non repugnatem perforat. Nam qui malitia imminentia per sollicititudinem prænotat, hostiles in cursu quali in insidiis vigilans expectat: & inde ad victoriam valenter accingitur, unde neficiens deprehendit putabatur. Solerter ergo animus ante actionis sua primordia, cuncta debet aduersa meditari, ut semper hæc cogitans, semper contra hæc thoroage patientia munitus, & quequid acciderit, prouidus imperet, & quicquid non accederit, lucrum putet.] His, te discretis cogitationibus ad pugnam præparat, quæ si occasions trucundia insurgant, illam sedebunt, si minùs, & habitum mansuetudinis augent, & magno merito non carebunt.

B Non obliuiscaris, si multa toleras, non pauca habere, quæ alij in tua conuerlatione sustineant. Unde ex quo est te molestias aliorum patienter tolerare, si fratres tui debent molestias à te datas sustinere. Ad quod respexit Paulus, cum scriptis: Alter alterius onera portate.] Iram fratris tunc portabis, ait Anselmus, cum aduersus eum iratum non iraceris, ut rursus eo tempore, quo te ira præoccupauerit, ille te lebitate & tranquillitate supportet.] Item (quod & ipse notavit) si loquacitatem vicent, pertinaciam non vicent, alter vero adhuc loquax, sed iam pertinax non sit, debes ut iste tuam pertinaciam sufferas, eius loquacitatem aequanimitate ferre, ut sic legem Christi dicit, legem charitatis, adimpleas.

C Casus ira & indignationis amputato. Quæduæ communiter esse solent: altera est concupiscentia rerum terrenarum, altera opinionum sensuumque diuersitas. Illa inter carnales homines, hæc inter viros spirituales solet suscitare iracundiam. Quæ non sufficit omnia contemptisse, nisi etiam proprios sensus resuscemtis, & iuxta consilium Pauli, idem (quoad fieri possit) vniuersi sapiamus. Nihil enim prodest primaria causa amputare dissidij, inquit Cassianus, quæ solet nasci de rebus eadibus atque terrenis, & vniuersa de pœnitentiâ carnalia, atque omnium, quibus nostraris vissus indiger, rerum indiscretam communione fratribus permisisse, nisi etiam secundam, quæ sub specie spiritualium sensuum nasci solet, similiiter abscondentes, acquisierimus in omnibus humilem sensum & consonam voluntatem.] Adverte ergo, ô frater, & consideremus omnes, quia diabolus opinionum & sententiarum diuersitate hoc querit, non quidem tantum intellectus opinionum varietate disiungere, quæ in multis rebus parui momenti est, & modicum refert, sic, aut alter tentire, sed voluntates affectibus separare. Quod utram non iam factum magna ex parte videremus. At recenti morbo cito medicina succurrat, ne diuturnitate vires affumens, pacem turbet, discordias magnas fulcitet, & charitatem extermineret.

D Persuade tandem tibi, nec iustis nec iniustis ex causis esse aduersus fratres irascendum: quoniam ira immoderata ex quacumque causa concepta intellectum obscurat, consilium obnubilat, honestatem turpat, & mentis puritatem contaminat. Hæc spiritus Dei, qui est spiritus pacis, in nobis contristat, induciam ad orandum admirat, & ad mortem nos præparati non sumit. Exemplo ergo Saluatoris animati, non tantum ex causa, sed etiam gratis & fine occasione a nobis data, patienter iniurias & contumelias sufferamus.

De

X. Galat. 6.
2. Anselib.

XI.

2. Corin.
15. 11.

Cassian.
vol. 16. c.
9.

XII.